

29

**Hic oritur.** **Distinctio xxxix.** continens conclusiones. v.  
**Prima** vis ipsius voluntatis naturaliter homini insita nunc est peccatum sicut nec vis memorandi vel intelligendi sed actus eius qui et voluntas dicitur tunc peccat est quando inordinatum est. **Secunda** conclusio alterius generis est actus voluntatis quod actus intelligentie vel memorie quod actus voluntatis est ad aliquid adipiscendum vel non admitendum qui non potest esse de malis quin sit malus velle enim malum malum est intelligere aut vel memorari mala non est malum. **Tercia** conclusio secundum aliquos in nobis duplex est motus voluntatis. **Unus** quo naturaliter volumus bonum et vocatur superior scintilla rationis qua homo semper bonum vult et malum odit que secundum Hieronimum Chayn extingui non potuit. **Alius** motus quo mens reluctatur legi superioris sternit se peccatis eiusque peccatis oblectatur et iste motus antequam gratia affit dominatur in homine et deprimat primum motum utriusque animo ex libero arbitrio est. **Quarta** conclusio veniente gratia ille malus motus eliditur et alter malus liberatur et adiuuatur ut efficiatur bonum quod velit ante gratiam vero licet naturaliter homo velit bonum non tamen absolute procedi oportet bonam habere voluntatem sed potius malam. **Quinta** conclusio alij dicunt unum motum voluntatis quo homo vult naturaliter bonum et ex vicio vult malum eo quod delectatur in quantum vult bonum naturaliter bonus est in quantum vult malum malus est.

**Distinctio xl.** continens conclusiones. v.  
**Post hec.** **Prima** licet secundum quosdam omnes actus in quantum sunt boni sint tamen illi actus simpliciter ac vere boni sunt qui bonam habent causam et intentionem vel qui bonam voluntatem concomitantur etiam ad bonum finem tendunt mali vero simpliciter dici debent qui peruersam habent causam et intentionem. Nam secundum beatum Ambrosium affectus tuus nomen operi tuo imponit. **Secunda** conclusio secundum aliquos omnis actus de se est differens vel potest esse bonus si fiat bona intentione et malus si mala. **Tercia** conclusio est quod si aliquos tripartita est differentia actuum. **Quedam** enim sunt opera que sunt bona ita quod mala esse non possunt quocumque modo fiant. **Quedam** vero sicut sunt mala ut non possint esse bona ex quocumque causa fiat. **Alia** vero sunt que ex fine siue ex causa bona sunt vel mala. **Quarta** conclusio quod secundum aliquos ut quod ex affectu et intentione nomen imponat operi hoc est vere generaliter in bonis operibus si in malis excipiunt que per se mala sunt ita